

Disseminationes hoc volumine contentae.

1. Geminae quaestiones in iure publico et in re libera tractatae quas praesentavit Petro Leopoldo. S. V. D. examinandas proposuit Andr. Petrus Wolffm. Regiomont. Franc. Jenae.
2. Juris aliquot emendata, quas praesentavit Heinrico Bocero Sr. pro Doctoratibus in utroque iure in iuris publicis disputatione subiecit Georgio Wolfgango Hilbornmanno, Neuwirg. Palatinus Tubingae.
3. Propositiones Juris publici quas publice discutendas proposuit Christophorus Treibisig S. V. D. Resp. Conrado Casp. Bovio, Wittenberg. Lipsiae.
4. Dissertatio ad tit. 5. et 6. libri 2. ff. quam praesentavit Christophoro Bezdlo Sr. discutendam proposuit Burkhardus Ehinger Tubingae.
5. Diss. de Jure Naturae praesentavit Johanne Gyphandro S. V. D. defensa a Georgio von Broy, Akenburg. Tuberae Fr. Jenae.
6. Diss. de necessitate defensionis praesentavit Heinrico Bocero Sr. proposita a Daniele Rantow. Tubingae.
7. Conclusiones de Jurisdictione quas eodem praesentavit Dominico Jure in iure insignium sequendorum causa publicis censuris subiecit Johannes Georgius Halbitter. ibid.
8. Assertionem legales de transactione quas praesentavit Petro Theodoro S. V. D. pro gradu Doctoratus in utroque iure sequendo discutendas proposuit M. Georgius dist. Lips. Jenae.
9. Diss. de transactionibus praesentavit Johanne Harprecht Sr. pro summo in utroque iure gradu sequendo publicis examini submissa a Georgio Langen. ibid. Tubingae.

Disputatio Juridica ²⁰
DE EMPTIONE ET VEN-
DITIONE.

Quam

Divinâ auxiliante gratiâ;

SUB PRÆSIDIO

Nobilissimi, Amplissimi & Consultissimi Viri,

DN. CHRISTO-
PHORI BESOLDI, IC.

ET INCLYTAE ACADEMIAE
PATRIÆ ANTECESSORIS CELE-
BERRIMI, &c.

Dn. Fautoris & Præceptoris sui multis nomini-
bus perpetim honorandi:

AD DIEM XXIV. OCTOBRIŒ,

*In Auditorio Jctorum publice discutiendam
proponit*

M. WOLFGANGVS JACO-
bvs Sattler Campidonensis.



TUBINGÆ, 1614
Typis Iohan-Alexandri Cellij,



*Nobili, Amplissimo & Experientissi-
mo Viro,*

**Dn. MICHAELI ZIEG-
LERO, MEDICINAE ET PHI-
losophiæ Doctori, hujusq; in celeberrimâ Tu-
bingensium Universitate Professori excellen-
tissimo, &c.**

**Dn. Patrono, Promotori & Præceptori suo æter-
nùm devotissimè colendo:**

*Hanc de Emptione & Venditione Dispu-
tationem,*

**In debitæ observantiæ & gratitudinis *Texm̄eior*
L. M. Q. offert, & in posterum quoque se & sua stu-
dia commendat**

Autor & Respondens.



Disputatio Iuridica,
DE EMPTIONE ET VEN-
DITIONE,

Thesis I.



QUONIAM IUXTA CATVLLIANVM ILLVD:

Turpe est difficiles habere nugas,

Et stultus labor est ineptiarum,

& quia quæ quotidiana plenius ob utilitatē sunt attingenda: a)
 & nos in examinandā pulcherrimā Emptionis & Venditionis
 materia, qua nil in commerciis humanis frequentius b) operæ
 pretium facturos confidimus.

a) l. 25. pr. ff. de lib. leg. l. 6. in fin. ff. de prec. b) VVesenbecce: in
 parat. de Empt. & Vend. in prin.

1. Est autem Emptio Venditio, contractus ex consensu initus, de re certo pretio
 habenda a).

a) l. 1. §. fin. ff. hoc tit. l. 2. ff. de oblig. & act. §. item pretium Inst. hoc tit. l. exempto §. 2. ff. de act.
 empt. Vultei in Iurisp. Rom. lib. 1. cap. 35. [Huius originem iuri Gentium adscribimus, per d. l. 1. in
 fin. ff. hoc tit. l. ex hoc iure §. ff. de iure & iust. & alijs: quamvis illum iuri civili tribuere videatur Cuias-
 oius in Comm. lib. 33. Pauli ad edictum pag. 144. v. Clar. Dn. D. Bocorum, tr. de monet. c. 1. n. 17. & c.]

2. Eius sunt partes duæ: Emptio & Venditio, a) quarum tamen appellatio-
 nibus promiscuè veteres sunt usi.

a) l. 1. §. 1. in fin. d. empt. & vend. b) l. veteres. 19. ff. d. act. empt. non in eo quod unum pro al-
 tere, ut putat Rob. 7. animad. 8. & Iacob. Cramerus disceptat. 18. th. 1. sumatur; venditorem enim pro
 emptore qui accipiat, etiam album pro nigro accepturus videtur. Connan. 7. com. 6. n. 2. Mozz. de Empt.
 col. 1. n. 7. & 8. Muretus obs. iur. 3. Sed quod pro utroq. alterutro tantum utamur; non ex vocis significa-
 tione, sed rerum & factorum necessaria conjunctione & naturæ relatorum, quorum unum sine altero esse
 nequit. Donellus, & hunc sequuntur Hilligerus lib. 13. cap. 1. lit. c.

3. Perficitur autem mutuo contrahentium consensu a) & ideo apparet emere &
 vendere posse omnes, nisi qui naturā prohibentur: ut infans, furiosus. b) vel lege specia-
 li: ut pater, filius c) tutor & pupillus, item Curator & Adolescens d) Procurator etiam
 & qui negotia gerit aliena e).

a) l. in vend. 9. ff. de contr. emp. l. 2. Cod. eodem b) l. emptionem 2. Cod. hoc tit. l. 1. §. furiosum 12.
 ff. de oblig. & action. l. in negocijs. 5. & l. furiosi 40. ff. de reg. iur. Qui licet in furore perseverare presu-
 matur, si per tempus aliquod continuum, talis fuerit; secundum gloss. in cap. cum dilectus 3. in verbo,
 competent. ext. de success. ab intestato. Gomez. tom. 3. var. resol. cap. 1. n. 71. tamen illum (modo sit maior
 25. annis) post dilucidi intervalli vel intermissionis tempus emere & vendere posse, non ambigitur, per
 l. 2. Cod. de contrah. emp. ibiq. Donellus n. 3. l. furiosum. 9. Cod. qui test. fac. possunt. In dubio autem, u-
 trum actus iste more sapientis gestus fuerit, an non; inspiciendum autumant: priori casu, illum non fu-
 riosum fuisse presumunt, posteriori non item: arg. l. hu qui 12. §. 1. ff. de tutorib. & cur. dat. ab his, Bor-
 shold in comment. de verb. oblig. cap. 3. n. 51. c) l. inter 2. ff. de contrah. emp. nisi in castrensi pe-
 culio, l. 2. ff. ad S. C. M. Maced. & adventitijs bonis, in quibus ad patrem non pertinet usus-
 fructus, dict. l. 2. ff. de contr. emp. l. fin. §. ipsum autem filium 5. vers. filijs autem familias Cod. de bon.
 qua liberis, & c. Gomez. tom. 3. var. resol. c. 2. n. 2. d) l. si in empt. 34. §. ult. ff. de contr. emp. nisi au-
 ctore

store Contutore aut Con-curatore, palam & bona fide, & quidem ex comprobatione Iudicis arg. conium-
 florum, contractus iste perficiatur, l. pupillus s. § item ipse Tutor & § §. seqq. ff. de auct. & consens. tut.
 & Cur. l. non solum 4. & alijs Cod. de pradijs & alijs reb. minor. fin. decret. non alienand. Bronchorst mi-
 scell. controvers. cent. 2. ass. 4. c) d. l. si in empt. 34. §. fin. ff. de contrah. empt. l. procurat. totor. 63. ff. de
 procuratorib. Nisi generale mandatum, cum libera, plenag. rerum administratione habuerit. l. procura-
 tor, cui generaliter, Clar. Dn. Praecept. D. Bocorus, cl. 1. disp. 4. th. 24. Bronchorst. enant. cent. 1. assert. 57.
 Et tunc etiam mandatum ad pretium rei vendita accipiendum habere videtur. Fachin. lib. 2. cap. 93.
 Sunt porro plures, qui emere & vendere non possunt, quos refert Fabianus de Monte, in tract. de emp. &
 vend. quaest. 3. princ. per tot: Inter quos tamen maritum & uxorem excipimus, nisi in fraudem donationis
 causa, sit facta venditio, ita probat textus notabilis, in l. si sponsus s. §. circa s. ff. de donat. inter vir &
 uxor. & ibi gloss. Gomez. tom. 2. var. resol. c. 2. n. 3.

5. Sed an quis invitus cogi possit, ut rem suam vendat, quaeritur? Nos negamus a) nisi testamento iustus, b) & in casu publica necessitatis c).

a) l. nec quasi publicianam 70. ff. de rei vind. l. non enim equum 9. ff. de act. rer. amotar. l. id quod nostrum 11. ff. de reg. iur. & c. Bronchorst enant. cent. 2. assert. 63. b) l. & si equo 66. ff. de leg. 1. c) ubi omnis cogi potest ut vendat id, quo ipse carere potest, Bart. in cap. 1. Ext. de Empt. & Vend. Quia publica necessitas est talis casus, ubi Princeps absoluta potest uti pot. state. Quae enim societatis humanae, respiciunt utilitatem, semper praeponderant commodum privatam, l. in fin. Cod. de cad. tollend. Auth. res qua, Cod. communia de legat. Clariss. Do. Praeses in pral. publ. ad l. 12. ff. de off. praef. urbi. Commune etiam placitum ait, Benedictus de Capra reg. 27. n. 21. hoc in casu cogi aliquem posse, rem suam vendere etiam minus iusto pretio.

6. Emi & vendi res queunt omnes, quas habere vel possidere possumus a) sive corporales, sive incorporales, ut nomina & actiones b) etiam Universales, ut hereditates c) redditus item seu census annui, wider künftliche Zins d) res quoq; futura e) aliena f).

a) l. si in empt. 34. §. 1. ff. de contrah. empt. b) l. nominis vend. 3. Cod. de hered. vel act. vend. Gomez. tom. 1. var. resol. cap. 2. n. 6. c) passim in ff. de hered. vel act. vend. Gomez. dict. loco. num. 5. d) census enim est res certa, unde vendi potest l. nec empt. ff. de contr. empt. Novella 160. in pr. modo iustam pensionem non excedant, Gail. 2. obs. 7. vide recessus Imperij de anno 1548 & 1550. tit. von wuecherlichen Contracten. Hotom. 2. observ. 15. dis. Matth. Stephani cent. 3. quaest. ex Inst. Imper. th. 42. e) ut iactus retis, l. nec empt. §. 1. ff. de contrah. empt. VVesenb. in parat. tot. tit. n. 7. Gomez. tom. 2. var. resol. cap. 2. n. 4. f) l. rem alienam 23. ff. de contrah. empt. Si tamen Emptor rem esse alienam, sciat, si ab eo fuerit evicta, non agit de evictione, immo nec ad pretium, nisi sibi expresse cautum fuerit de evictione l. si fundus Cod. de evict. Gomez. dict. l. n. 42. Alex. Trentacinquius var. resol. lib. 3. resol. 13. n. 2. Si autem nesciat rem esse alienam, tunc emptor, si in limine contractus imminet evictio, pretium solvere non tenetur, vel residuum pretij, nisi de evictione satuderetur, l. si post perfectam 24. Cod. de evict. Secus autem est, si non ab initio statim evictio imminet; nam tunc fideiussio pro evictione non est praestanda: nisi hoc expresse actum sit. gloss. in dictam l. si post perfectam. Trentacinquius dict. variar. resol. lib. 3. resol. 16. n. 2. & 3. Vtrum autem rei, quae pro parte aliena & pro parte solum venditoris est, venditio simpliciter facta valeat, & in tota re, vel in parte saltim, quae venditoris est, consistat? quaeritur. Nos, quamvis ex quantitate alijsq; circumstantiis colligi possit, an tota res, vel tantum pars vendita videatur, Bartol. & alij plures a se citati Gomez. tom. 2. var. resol. c. 3. n. 12. tamen si emptor sciat, rem pro parte tantum venditoris esse, intelligitur venditio, pro parte salummodo contracta l. qui tabernas 33. ibiq; Alberic. de Rosat. ff. de contrah. emp. si vero credat emptor rem integram & liberam esse venditoris, in solidum venditio facta censetur, arg. l. cum venderes 59. ff. eod. tit. l. 1. §. 1. l. si sterilis 21. §. 1. & l. in vend. 41. ff. de act. empt. Si autem dubitatur, quid emptor cogitaverit, integra res in hoc dubio vendita praesumitur, arg. l. ex his pradijs 5. Cod. de evict. Iason in §. sic itaq; discretis n. 21. inf. de actio- nib. Dn. D. Harpprecht in Comm. de Empt. & vend. §. ult. n. 16.

7. Fundo vendito, fructus & Instrumenta adhaerentia, quasi pars fundi, vendita intelliguntur a) ut & vendito castro, Iurisdicatio tempore concessionis ipsi annexa b) Re enim distracta, accessiones emptoris esse censentur c).

a) l. qui fundum 40. §. qui agrum & §. fin. t. si aqueductus 47. cum ll. seqq. ff. de contr. empt. VVesenbec. in parat. hoc tit. n. 8. quod etiam intelligendum putamus, de domo vel fundo sibi accessorio & ei adhaerente, si nimirum tota domus vel fundus, tam principalis, quam accessorius, uno & eodem nomine nuncupetur a Venditore, & in actibus eius habitando, locando, vel alias, semper accessorie tota domus vel fundus eo utebantur, Gomez. tom. 2. var. resol. cap. 2. n. 13. Thesaurus quoq; in domo recenter vendita inventus, ad emptorem totus pertinet. Arimans decis. lib. 1. decis. 1. b) Bart. in l. 29. de ad-
 quir

quir dom. Menoch lib. 3. presumpt. 57. Gail lib. 2. obs. 62. n. 9. Quae in dubio semper coherere putantur. VVeseneb. in parat. ff. de iurisdic. n. 9. & 10. Bartol. dict. loc. & alij. quos citat Dn. D. Bocerus. class. 4. disp. 3. th. 11. lit. B. subijciens, non modo iurisdictionem specialem, sed & merum mixtumq. Imperium. hoc casu ad Vasallum una cum castro transire. Bombarda quoq. tormenta & arma bellica, qua tempore concessionis in castro sunt, ad Vasallum iure feudi pertinent. arg. l. cetera 41. §. quid ergo 12. ff. de legat. 1. l. si aqueductus 47. cum ll. seqq. & c. Borch. tractat. de feud. cap. 7. nu. 2. VVeseneb. in tract. feud. cap. 7. n. 2. c) l. Iulianus 13. §. fin. cum ll. seqq. d. act. empt. Ut, si quis simpliciter vendidit equum vel mulam, videtur etiam vendidisse sellam & frantum, si nimirum tempore venditionis ostenditur emptori cum sella, vel freno, aut alio ornamento. Gomez. dict. loco. n. 15. similiter etiam si quis vendidit ancillam, vaccam, equam vel ovem, etiam vitulus, pullus vel agnus & sic partus earum tradendus est emptori, si nimirum talis partus adhuc est in utero, vel iam natus, & ab ipsa matre lactatus. Idem eod. loc. num. 14.

8. Sed hereditate vendita, quaestio est elegantis, an etiam jus ad crescendi venditum intelligatur? negant plerique a) nos affirmandum putamus b).

a) quos refert Dn. D. Harpprecht. Praeceptor meus honorandus, in Comm. de Empt. & Vend. §. ult. num. 53. b) arg. l. heredit. 62. ff. de div. R. l. l. venditor 2. in princ. ff. de hered. vel act. vend. Arumaus exerc. Inst. 14. th. 7 & disp. 13. pand. th. 5. vide plura apud Cavallum quaest. 69. Fachinaum lib. 5. cap. ult. Idem in lib. 10. c. 3. & 69.

9. Excipiuntur tamen res nonnullae, quae emi vendi non possunt: ut à iure naturali, ex res, quae nec sunt, nec fore sperantur a) item res divinae, sacrae & religiosae b).

a) l. si duos 44 & l. domum emi 57. §. 1. ff. de contr. empt. Gomez. tom. 2. var. resol. cap. 2. n. 70. b) l. & liberi 4 l. sed Celsus 5. l. hanc legem 22. l. si in emptione 34. §. 1. ff. de contrah. empt.

10. A iure Civili autem res publicae & universitatis, a) furtivae vel vi possessae, b) dotales c) feudales d) emphyteuticae, e) & litigiosae f) distrahi prohibentur.

a) l. sed Celsus 6. in pr. l. qui officij 62. §. 1. ff. de contr. empt. b) l. si in empt. 34. §. 3. ff. hoc tit. res enim vendita à fure, domino restitui debet, ab emptore pretio non restituito l. in civilem 2. C. de furt. & servo corrupt. Quamvis in Nundinis sollemnibus fuerit emptae. Menoch in lib. 5. presumpt. praes. 29. n. 22. Quod de eo etiam Emptore, qui cum hac protestatione emit, si res emptae non sit Venditoris, quod paratus sit eam restituere, reddito sibi pretio, cum Alciato in tract. praesump. reg. 3. praes. 29. n. 1. vers. sed ista opinio, Natta in cons. 436. vol. 2. & alijs quos refert Alex. Trentacinius var. resol. lib. 3. resol. 12. n. 5. 6. & seqq. intelligendum putamus c) per prin. Inst. quib. alien. lic. vel non tot. tit. ff. de fund. dotal. ubiq. in paratit. VVeseneb. l. unic. §. pen. & ult. Cod. de rei uxor. act. d) e. unic. de prob. feud. alien. per Loth: & cap. un. de prob. feud. alien. per Frid. Borch. in Comm. de feud. c. 8. nu. 32. & seqq. Rosenthal. in synop. feud. cap. 9. concl. 2. cum seqq. e) l. 3. Cod. de iure emphyteutico, l. 65. ff. de furt. l. 1. §. 25. ff. de de- pos. f) l. alienationes 13. ff. fam. l. 1. §. 1. ff. & tot. tit. Cod. de litigios. ubi Cuiacius in paratit. l. 1. §. ult. ff. quae res pignor. vel hypoth. dat. oblig. non possit.

11. Et quamvis eiusmodi rerum venditio sciente Emptore nulla sit, a) venditis tamen iis ignorantibus, venditio contrahitur, & ideo Venditor ab Emptore conveniri potest in id, quod ipsius interfuit, ne deciperetur, verum ipsa venditio non tenet. b).

a) l. sed Celsus 6. l. si in empt. 34. §. liber. hom. 2. & seq. l. liber. hominis 70. ff. de contr. empt. b) dict. l. 70. l. qui officij 62. §. qui nescit ff. eod.

12. Contractus etiam nullus est, si contrahentes, vel in corpore vel in substantia, seu materia dissentiant a).

a) l. in vend. 9. in prin. & §. 2. cum ll. seqq. Nisi merx quid habeat materia, in quam consensus fit, ut si inauratum sit quod ego aureum putem d. l. 9. cir. fin. l. 14. ff. dict. tit. ubiq. VVeseneb. in parat. n. 5. vide Cuiacium 2. obser. 4. D. Harpprechtum in Comm. de Emp. & vend. n. 17. Arumaus disp. 13. th. 1. Bronchorst. 2. enant. assert. 53. & alios.

13. Error verò nominis aut qualitatis ipsum contractum non vitiat a) sed si in qualitate dissensus est, venditor tenetur, quatenus interest: Emptoris, se non esse deceptum: citiam si id ipso venditore nesciente sit factum b).

a) l. in vend. 9. §. 1. ff. de contr. empt. b) si sterilis 21. §. quamvis 2. ff. de act. empti.

14. In accessionibus mercis principalis si dissentiant contrahentes, Emptio-Venditio nihilominus subsistit a) sed eiusmodi ambiguum conventionem, adversus eum qui contractui legem potuit dicere interpretamur, siue is sit Venditor b) siue emptor c).

a) l. si in empt. 34. in §. ff. de contr. empt. b) l. in contrah. 172. ff. de reg. iur. l. veterib. 39. ff. de pact.

pañ. l. Labeo 21. ff. de contrab. empt. c) d. l. si in empt. 34. in pr. ff. eod. Dn. Harppr. in Comm. de emp. & vend. in prin. n. 20. Borchold in Comm. de pact. c. 5. n. 55. Bronchorst. enant. cent. 1. aff. 40.

15. Si autem in pretio non conveniant contrahentes: Emptio venditio nulla est. Ut, si quantitas illius in alterius contrahentis liberam confertur voluntatem a).

a) l. quod sepe 35 §. 1. ff. de contr. empt. l. in vendentis 13. Cod. eodem. Harppr. in Comm. de emp. & vend. ad §. pret. n. 14 vide Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 2. n. 19. Sed queritur, num testes deponentes. Titium talem rem emisse, probent, si nesciant, quo pretio vel quibus pactis & terminis facta sit venditio? Nos negamus, quando agitur ad traditionem contra ipsum Venditorem, vel eius heredem negantem venditionem: nam venditio sine pretio nulla est, l. 2. §. 1. de contrab. empt. & eo quidem certo, §. pretium, Inst. eod. Secus autem est, quando agitur contra tertium, ut si questio sit, de probando titulo ad finem prescriptionis, nam emptio quocumq. pretio fiat, valet, l. si usus fructus ff. de iur. dot. & arg. l. 2. Cod. de res vend. unde, ex quo contractus sub quocumq. pretio valet, non potest tertius referre questionem pretij, de quo principaliter non disputatur, arg. l. loci corpus §. competit in fin. ff. si servit. vend. & arg. l. Gallus §. si eius in fin. ff. de liber. & posthum. Trentacinius var. resol. lib. 3. resol. 10. n. 1.

16. Idem, si impersonaliter dixerint, quod electuri sint tertium, à quo pretij nomine concordentur, vel ut à bono viro pretium declaretur: vel quod ipsi postea de pretio concordare velint, Sie wollen sich des Kauffschillings hatb hernach vergleichen a).

a) Videatur Dn. D. Bocerus class. 1. disp. 4. th. 58. & seqq. Pinclius in Rubr. Cod. de rescind. vend. part. 2. cap. 1. n. 4. Fachin. lib. 2. controvers. iuris cap. 1.

17. Secus est, si inter aliquos ita convenierit, ut quanti Titius rem aestimaverit, tanti sit empta: nam Titio pretium definiente, omnino Emptionem consistere dicimus a).

a) per l. ult. Cod. de contr. empt. eo autem non arbitrate, nihil actum intelligitur l. si quis arbitrato 43. ff. de verb. oblig. l. si coita 75. ff. pro socio, l. si merces 25. in prin. ff. locati. Dn. D. Harpprecht in §. pretium autem Inst. de Empt. & vend. n. 10. & 11.

18. Licet autem solo consensu parium, Emptio & venditio contrahatur a) tamè in argumentum illius interdum etiam arrha intervenit b).

a) vide sup. assert. 4. b) l. quod sepe 35. ff. hoc tit. in pr. Inst. eodem. Et nunquam in hoc contractu requiritur scriptura, nisi si de illa conficienda convenierint contrahentes, quo in casu ante eius confectioem poenitentia locum habet. l. contractus 17. Cod. de fide Instrum. An autem hoc quoq. de Emptione cum pacto conficiendi instrumentum subaudiendum sit, antequam Notarius illud conficiat, dubitatum fuisse memini? Nos quando expresse conventum est, ut contractus hic non valeat, nisi in scriptis, cum Paulo de Castro in l. contractus Cod. de fide Instrum. in l. cum res Cod. de probat. poenitentia locum damus: quia hic actus non habetur pro perfecto, nec ergo potest operari. Secus autem est, si scriptura non sit de substantia, sed tantum conficiatur ad faciliorem probationem, iuxta l. contrahitur ff. de pign. rib. Alex. Trentacinius var. resol. lib. 3. resol. 14. n. 1. & 3.

19. Sed an Emptor & Venditor, à contractu perfecto abire possint, si nimirum ille arrham datam perdere, hic verò acceptam in duplum restituere velit? queritur: Quod intrepidè negamus a).

a) l. sicut 5. Cod. de oblig. & act. l. si res vendita 1. ff. de act. emp. & vend. l. quod sepe 35. ff. de contr. empt. VVesenb. in parat. hoc tit. n. 9. Harpprecht in Inst. de Emp. & vend. §. pret. n. 80. Arumaus exerc. Inst. 14. th. 9. Matth. Stephani cent. iur. quest. 3. th. 69. Elias Roberus disp. 18. th. 3. Bronchorst. enant. cent. 2. assert. 54.

20. At si arrha detur intuitu contractus perficiendi, is qui eum adimplere recusat, præter amissionem arrhæ aut duplicatæ restitutione: in id etiam quod amplius alterius interest, conveniri nequit a).

a) l. contractus C. de fide Inst. Donel. ibid. in fin. Zasius lib. 2. sing. resp. cap. 24. Ant. Matthæus in Colleg. Inst. iur. disp. 16. th. 3.

21. Non quoque interesse præstando liberatur Venditor, sed rem præcisè emptori tradere debet a) & vicissim Emptor pretium, nisi de pretio fides sit habita b).

a) l. ex empto 11. ff. de act. empt. §. perfic. Inst. de donat. vide Cavall. quest. 459. Arumaus exerc. Inst. 14. th. 2. Iacob. Cramer discip. 18. th. 19. Bronchorst. enant. cent. 2. assert. 57. b) l. ult. ff. de cond. causa dat. caus. non secut. l. quod vendidi 19. l. ut res 53. ff. hoc tit. Venditorem autem de pretio fidem habuisse, nonnullis presumptionibus edocemur, de quibus Græv. 2. concl. 15. consid. 1.

22. Interim tamen emptione & venditione contractus, quemadmodum commodum rei venditæ, ita periculum ad Emptorem spectat, quamvis traditio nondum sit secuta a).

a) l. id

De Emptione & Venditione.

5

2) l. id quod 7. & l. necessario 8 ff & l. post perfect. 1. Cod. de periculo & commodo rei vendita. D. Harppr. in Comm. Inst. ad § item pretium 2 n 1. Arumaus exerc. Inst. 14. th. 3. Matth. Steph. cent. 3. quest. th. 70. Iacobus Cramerus discip. 18. th. 9. Bronchorst enant. cent. 2. aff 55.

23. Sed in rebus fungibilibus periculum substantia ad Emptorem non pertinet, antequam res ad mensa, adnumerata, vel ad pensam fuerit a).

a) l. quod saepe 35. §. in his ff de contrah. empt. VVesenb. in paratit. ff. de contr. empt. n. 10. Harpprecht in Inst. ad §. cum autem empt n 9. Elias Roberus exer. lurid disp. 17. th. 5.

24. Venditor tamen interim rei vendita custodiam praestare tenetur, usque ad traditionem a) & quidem exactiorem, quam in rebus suis adhiberet b).

a) l. si vinum vend. §. 1. l. hoc ita verum §. 1. l. custodiam 3. ff. de pericul. & commod. rei vendit.

b) dict. l. 3. l. quod saepe 35 §. si res 4. ff. de contrah. empt.

25. Contractui huic etiam pactiones nonnullae interdum adjiciuntur, ut in diem additionis a) legis commissoriae b) & pactum de retrovendendo c)

a) l. in diem additio. 1. l. quoties 2. & tot. tit. de in diem addit. Quicquid autem ad utilitatem Venditoris pertinet, melior conditio esse intelligitur, l. ubi autem 4 §. fin. & l. seq. ff. hoc tit. Necessesse tamen est, ut Venditor meliore conditione allata, priori emptori significet, ut si quod alius adiecit, ipse quoque adicere possit, l. necesse 8. ff. ibidem. b) l. si fundus 4. l. de lege 6 §. 1. & 2. ff. de lege commiss. Protinus autem lex commissoria est, si emptor non solverit die praefixo, quamvis nunquam sollicitata fuerit solutio: nam solvere debet, si vult se legis commissoriae potestate absolvere, l. modo dicta l. 4. ff. hoc tit. Sed si Venditor post diem huic legi praescriptum pretium petat, vel accipiat, illi renunciasse censetur, nec variare & ad hanc redire potest dict. l. 4. §. eleganter 2. l. de lege 6. §. ult. & l. seq. ff. eod. tit.

c) l. si fundum 2. Cod. de pact. inter empt. & vendit. ibiq. DD. & si nullum tempus inter partes est positum, sed simpliciter dictum, quod quocumque Venditor, pretium reddat, rem retrahere possit, perpetuo hoc pactum valere putamus l. quod si nolit 3. §. si quis ita 22. ff. de adilit. edict. Gomez. tom. 2. var. resol. cap. 2. n. 28. Personalem etiam ex hoc pacto actionem dari, cum Camera afferimus Gail. 2. obs. 16. n. 3. Mynsinger 6. observ. 69. n. 6. Gomez. tom. 2. var. resol. cap. 2. n. 29. arg. l. 2. Cod. de pact. inter empt. & vend. ubi Gothofred. in not. & l. in rebus Cod. de rerum permutation.

26. Quemadmodum emptio & venditio mutuo consensu contrahitur a) ita mutuo partium dissensu, dum res est integra dissolvitur b) item ob dolum c) & ratione laesionis ultra dimidium iusti pretij d).

a) Per ea quae dixi sup. in th. 4. b) §. fin. Inst. quib. mod. tollitur oblig. l. 2. l. cum Emptor 5. & tot. tit. ff. de resc. vend. l. iurisc. 7. §. adeo 6. l. ab empt. 58. ff. de pact. c) l. 1. l. si dolo 5. l. si voluntate 8. Cod. de resc. vend. l. qui nondum 4. Cod. de hered. vel act. vend. Arumaus exerc. Inst. 14. thes. 6. Gomez. saepe dict. loco n. 49. d) l. 2. & dict. l. si voluntate 8. Cod. de resc. vend. Arumaus dict. exerc. th. 8. circ. fin. Huius autem legis beneficio, non generalis renunciatio obstat; sed omnino requiritur specialis. Bald. col. 5. vers. quinto quaero, & Paulus de Castro col. 5. vers. quinta conclusio, Alex. Trentacinquus var. resol. lib. 3. resol. 3. n. 12. Ad restitutionem vero rei non veniunt fructus, Gomez. tom. 2. var. resol. cap. 2. n. 24. Et ista laesio immodica haud ita rescindit contractum, ut non ad aequalitatem, pretium suppleto, vel reddendo reduci possit. l. rem maioru Cod. de resc. vend. cap. 3. & pen. ext. de empt. & vend. D. Bocerus class. 1. disp. 4. th. 45. & 80.

27. Ut & alias (si nempe non ultra dimidium quis laedatur) in pretio emptionis contrahentibus naturaliter se circumvenire licet a) & Venditor iuste & absque crimine usurae cum Emptore convenire potest, ut donec pretium rei vendita numeretur, aliquid certi annuatim pendatur b).

a) l. in causa 16. §. idem Pomponius ff. de minor. l. item si 22. §. fin. ff. locat. Arumaus exerc. Inst. 14. th. 5. b) Ita sentiunt post plures alios, quos citant, Covarruv. lib. 3. var. resol. cap. 4. n. 5. & Faschin. lib. 1. contrav. lur. cap. 31. vers. verum istu non obstantib. Modo usura taxata quantitas, quantitas fructuum, qui veri similiter ex re vendita percipi possunt, non excedat. Harpprecht in Comm. Inst. ad §. ult. de Empt. & vend. n. 248.

28. Quando autem ob laesionem agitur ad rescissionem, tunc laesio dijudicatur attentata & considerata rei aestimatione, quae tempore contractus fuit a).

a) arg. l. si ex legati ff. de verb. obl. l. contractus de reg. Iur. Si vero contra Emptorem rei motus fuit, & emptor obtinuit, venditor expensas, quas in lite fecit ei solvere non tenetur. Treutl. vol. 2. disp. 2. ff. 8. lit. d. diff. Gomez. tom. 2. var. resol. cap. 2. n. 47.

29. Contractum etiam hunc interdum jus protimiseos sive congrui [ut vocant] impedit, si nimirum a proximo consanguineo, socio aut vicino, non solum iustum pretium resti-

6 *Disputat. Jurid. de Empt. & Vendit.*

restituitur, verum etiam sumptus atque expensæ, tempore contractus factæ, refunduntur a].

a] per constitutionem Friderici Imp. quæ extat lib. 5. feud. tit. 3. & de his elegantissimè in disp. singulari Dn. D. Bocerus class. 2. disp. 20.

30. Ex hoc contractu dux actiones proficiscuntur, Empti & Venditi: Illa Emptori adversus Venditorem a] hæc vero Venditori adversus Emptorem datur. b].

a] l. 2. l. 1. §. 1. l. ex empto 11. §. 2. & passim ff. de act. empt. & vend. l. fructus 13. & l. pen. Cod. eod.
b] l. Iulianus 13. §. ex vendito 19. ff. de act. empt. & vend. l. 2. §. ult. ff. de obl. & act. & in fin. tit. Inst. de obligat. ex consensu. Et tantum brevitatù causâ, de hac materiâ, plura forsan ipsa dabit disquisitio: tu, ut cum Petronio claudam,

— Quidvis nummis presentibus opta,
Et veniet: clausum possidet arca Iovem.

C O R O L L A R I A.

1. Liberis Imperij Civitatibus regiam territorij competere Iurisdictionem, assentunt nonnulli, arg. lib. de pace Constant. in princip. Iohannes Dauth in hypot. per totam, Brunningus disp. de iure univers. thes. 19. & alii, quos refert Clariss. Dn. Praeses, in disp. polit. class. 1. disp. 9. th. 10. contra And: Knichen in tract. de Iure territorij, cap. 1. & in Velitat. Apologet. Sanè scitum est illud Baldi, potestatem Civitatum Regalib. utentium, in dubium vocare, esse revangare mundum.

2. Adhuc magis absurdi videntur, qui liberarum Imperij Civitatum sessionem, & votum in Comitibus, in dubium vocare conantur. Quod benè docet Georg. Obrechtus, tract. de iurisd. cap. 6. nu. 76. fol. 59. Springer de pace Religionis cap. 1. fol. 101. Gerl. Buxdorf. dissert. ad auream bullam th. 5. lit. D. Brunningus dict. disp. th. 18.



AD Dn. GVOLFGANGVM
JACOBVM SATTLERVM LL. STU-
DIOSVM.

DE VENDITIONIBUS DISPUTAN-
TEM PVBLICE,

AMICVM MEVM.

NON animus, Satlere, mihi est tibi vendere verba:
Venditio hæc loquitur teq; animumq; tuum.

Zach. Schaeferus Poeseos & Hi-
stor. P. P.

F I N I S.

venio metallico in fundo feudali repte, nūm ptineant
ad alium feudi directum, an v. ad vasallum. disp. 2. 13.
Ha rīm nomine an fūco commo dūm fūis Regalis p. 12.
th. 14.
v. fūm sūm an i. fūm g. rane o. c. e. r. p. o. s. s. i. s. d. i. s. p.
3. coroll. 4.

01 A 6525

ULB Halle


3


002 935 813



12

1007






B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue



...tio Juridica 29
 ...ONE ET VEN-
 ...TIONE.
 Quam
 ...xiliante gratiã;
 PRÆSIDIO
 ...tissimi & Consultissimi Viri,
 ...RISTO.
 ...ESOLDI, IC.
 ...AE ACADEMIAE
 ...CESSORIS CELE.
 ...RIMI, &c.
 ...eptoris sui multis nomini-
 ...tim honorandi:
 ...KIV. OCTOBRIS,
 ...um publicè discutiendam
 ...proponit
 ...ANGVS JACO.
 ...Campidonensis.
 ...
 ...
 ...
 ...BINGÆ,
 ...Alexandri Cellij,

